



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 51. Quidam Canonici Colonienses a Nuntio comparere jussi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

„Romanus tanquam ex altissima spe- Sæcul. XVI.
A.C. 1583.
 „cula cædes, & Germanorum effusum
 „cruorem, prout nuper in Sanguineo Pa-
 „risiorum balneo fecit, spectabit: „ His
 proterve prolatis demum orabat Cæsa-
 rem, ut Pontificis conatibus obviam
 eat, neque suis temporibus Germanos
 libertatis suæ jacturam facere, aut vim
 a Papa Augustanæ confessionis Sociis,
 eorumque conscientiis afferri patiatur.

Transmissis hisce prorsus indignis ad Cæsarem literis Elector suas copias die nona Junii præmisit, interea Casimiri Principis Fratris sui militem præstolatus, cui tamen Cæsar die vigesima septima Junii datis literis præcepit, ut nulla mora ab incæpto consilio desisteret, cum ejusmodi ausus non modo Imperii Constitutionibus, sed etiam fidei a semetipso scriptotenus datæ adversaretur, proin quantocius copias a se collectas dimitteret: verum Casimirus hæc Cæsaris mandata flocci habebat.

§. LI.

*Quidam Canonici Colonienses a Nun-
tio comparere jussi.*

Tertia post electionem die novus Ar- Thuan. l. 78.
Spond. n. 6.
Isselt hist.
belli Colon.
 chiepiscopus Colonia magno comi-
 tatu exiit, ac primo Bruelam profectus,
 ibi, ac in ceteris ditionis suæ locis ritu

G 3

solemni

Sæcnl. XVI. solemni sese inaugurarī curabat: sub idem
A.C. 1583 quoque tempus Vercellensis Episcopus,

qui Austriaci Cardinalis vices obibat, Adolphum Solmensem, & Baronem Vinnebergium, ut de suo agendi modo rationem redderent, comparere, acci-
tationis diploma Cathedralis Ecclesiæ valvis affigi jussit: his autem duobus Canonicis infra novem dierum spatum non comparentibus, Papæ Nuntius in eos sententiam pronuntiabat, atque am-
bos sacra dignitate privabat. Ceterum huic sententiæ novi Calendarii Grego-
riani, quod tamen nondum in Imperio erat promulgatum, nota erat apposita.
(*) Insuper Nuntius Georgium Dasein Witgensteinum Comitem Canonicum Colonensem citabat, qui tamen adver-
sus hanc citationem veluti minus legiti-
tam, ac violentam reclamans ad futurum Concilium vel generale, vel nationale legitime congregatum ap-
pellabat, (**) suamque provocatio-
nem Papæ Nuntio exhibebat, qua ta-
men non attenta Canonicus iste suo be-
nefi-

(*) Atque ideo simul etiam veteris styli nota apponebatur, ut testatur Thuanus l. c.

(**) Scilicet pro more omnium hæretico-
rum, qui ejusmodi appellationibus promoti-
tas poenas eludere, ac sectæ suæ, vitæque li-
centiæ impunitatem extorquere solent.

dem
pus,
bat,
nem
modo
c ci-
esiæ
bus
ium
s in
am-
rum
ego-
erio
sita.
sein
cum
ver-
egi.
ad
vel
ap-
tio-
ta-
be-
nefi-
styli
co-
heri-
e li-

neficio lata in eum sententia die de-Sæcul. XVI.
cima quarta Junii spoliabatur: deni- A.C. 1583.
que ex omnibus Canonicis, qui Geb-
hardo adhærebant, solus supererat
Thomas Crechingii Baro, cuius frater
Mariam Agnetis Mansfeldiae sororem du-
xerat, proin Thomas Gebhardum affini-
tate contingebat, eum vero pariter Nun-
tius Apostolicus comparere jussit cum
autem præstituto tempore non adesset
pari cum ceteris sententia percelleba-
tur: porro hic quantocius Vasconum
copiis, quæ in propinquo erant, col-
lectis Bonnam venit, quo Casimirus,
aliique ex auctorato Archiepiscopo suf-
fragantes paulopost convenerant.

§. LII.

*Tuitiensis, & Aldenburgen sis Abba-
tiæ a Gebhardi copiis de-
vastatæ.*

Horum copiæ ubi advenerant, mox *Thuan. l. 79.*
vicinam Coloniæ regionem deva-
stare cœperunt, ac quidem Bonnonen-
ses præsidiarii ductore Ranutio Floren-
tino Abbatiam Tuitensem, injecto igne
absumperunt, parique crudelitate com-
busserunt Abbatiam Aldenburgensem
Ordinis Cisterciensium ob Bergensium
Comitum monumenta celebrem. Postea
eadem copiæ Unkelium oppidum pa-
riter ferro, flammaque devastare para-
bant,